

Sectio XXI.
De Vegetabilibus Marinis naturalibus, et
putrificatis, ac primò de
Fungis.

S. 77.

Fungi marini,
Corallini.

Fungi Marini, et Fungita Corallini: Fungus marinus corallinus planus subtus striatus, striis à vestigiis pediculi ad peripheriam extensis, subtusque circularibus firmatis, supra vero lamellis eminentibus, ac tenuissimis à rimâ oblongi et quasi in centro sitâ ad peripheriam usque porrectis, exornatus. *Ubi bene fluxum Maris Corallinus* *Figura admodum præcipua.* Fungus marinus corallinus plicatus maximus albus.

Fungita marini
Corallini.

78. Fungita marini Corallini: Fungites corallinus subtus planus *ad usque supra.* superius à rimâ tantillum eminente, ac oblongâ ad peripheriam usque porrectis exornatus. Idem subtus centro eminente, pluribusque circularibus cincto, et vestigiis pediculi donatus, supra vero leviter eminens, ac striatus striis à centro umbilico donato, ad peripheriam usque porrectis exornatus. Idem subtus planus, et striatus, striis à centro vestigiis pediculi insignitis ad peripheriam extensis, subtusque circularibus firmatis, supra vero hemisphaerice convexus, ac striatus striis à summitate centrali rimâ magnâ oblongâ, et profundâ donatâ, ad extremam peripheriam usque porrectis donatus. Idem subtus planus, et centro vestigiis pediculi donato, pluribusque circularibus cincto.